rabant in uno spiritu deo placitam uoluntatem. et in paradyso po-
siti diuinae uitae caelestis operabantur alimonia. Postea uero quam caro
suadere diuersum. et legem coepit propriam non timere. paradysi
exules facti. in hunc inferiorem demersique locum peccati me-
rito reciderunt. Hec quisquam putet incongruum esse si adam atque
eua in typo animae et corporis estimentur. cum in typo ecclesiae esti-
mentur et christi. Nam cum duo esse in una carne apostolus diceret adiecit.
sacramentum inquit hoc magnum est. ego autem dico in christo et in ecclesia.
In quo igitur superni dei. in eo multo magis animi nostri potest esse my-
sterium. Sed heret. suffixus est captus est et corporeis succensus est fe-
bribus. et passione carnis egrescit. Querendus est medicus. sed
quis iste tantus est qui sauciae mentis medeatur ulceribus. Quis tantus est
homo. qui possit aliis subuenire. cum sibi ipse non possit. Quis aliis
possit uitam reddere. cum ipse mortem non possit euadere. Omnes
enim in adam moriuntur. quia per unum hominem in hunc mundum
peccatum introiuit. et per peccatum mors. et ita in omnes homines
pertransiit. in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa. mors omnium
est. Denique missi sunt sancti. missi sunt prophetae. quorum oracula diuina loquerentur
tur. nec quicquam promouere potuerunt. Queramus aliquem de angelis
aut archangelis medicum. sed quemadmodum mihi possit presidium fer-
re ne peccem. cum ipse archangelus a peccato non potuerit abstine-
re. Quemadmodum ad paradysum angelus reuocare me poterit.
cum ipse satanas et angeli sui sedem quam acceperant seruare
non potuerunt. De eo quod ait petro duc in altum et laxate retia

Ascendens autem in unam nauim quae erat simo- uestra in capturam.
nis. rogauit eum ut a terra duceret pusillum. Ubi dominus XVIII.
multis impertiuit uaria genera sanitatum. nec tem-
pore. nec loco capta studio sanandi turba cohiberi potuit.
Uesper incubuit. sequebantur. stagnum occurrit. urgebant. et
ideo ascendit in petri nauim. Hec est illa nauis quae adhuc se-